



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigessimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

De impedimento criminis. Pun. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

pro infectis, quando lex factum irritat, secus si sustinet. In dicto e. videtur nobis: non sustinetur coniugium, quia factum est vivente priori coniuge, & cum conlangue.

Verum esto matrimonium Catholicum cum heretico validum sit, iure tamen Ecclesiastico prohibetur, ut constat ex Concilio Calcedonensi, cap. 13. Carthagini. cap. 12. Laodiceo cap. 10. & 31. Illiberitano can. 16. Et habetur cap. non oportet 28. q. 1. & cap. decretum, de Hereticis. in 6. Deinde pluribus placet iure Divino positum hoc matrimonium interdictum esse illis verbis Pauli 2. Corinth. 6. Nolite in iugum ducere cum infideli. Et 2. Corinth. 7. Si dormieris cum eius, nubat tamen in Domino, ut videre est apud Iustinian. Cornelium, & Tolet. in ea loca. Quinimo iure naturali hæc coniugia prohiberi persuadet periculum perversionis, coniugis Catholici, iniquæ educationis proliis, & minus pacificæ cohabitationis, quod plerumque contingit, ut multis comprobatur Basil. in dicto append. c. 2. per totum.

Sed an hoc matrimonium ita sit prohibitum, ut nullo casu illud celebrare liceat? difficultate non caret, nam esto aliquando cesset periculum perversionis coniugis, iniquæ educationis proliis, & rixosæ cohabitationis, ac negari nequit plerumque tale periculum adesse. Ergo obligatio legis, quæ respicit periculum frequenter contingens, cessare non poterit; ex eo quod in hoc, vel illo casu periculum prædictum abest. Præterea Hæreticus recipiens, & administrans Sacramentum matrimonij peccat, utpote qui obstat effectui gratiæ recipiendæ. Ergo etiam peccat Catholicus prædicto peccato cooperans. Item exponitur Catholicus periculo non recipiendi verum Sacramentum matrimonij, si Hæreticus credit non esse Sacramentum à Christo institutum, vel si credat licitum esse libellum repudij, & sub hac intentione contrahat, quia contrahit sub intentione essentia matrimonij adfecta.

Ceterum omnino dicendum est spectato iure naturæ licitum esse coniugium inire cum Hæretico, & quoties prudenter, & probabiliter creditur periculum subversionis, & iniquæ educationis proliis, & iurgiosæ cohabitationis cessare, sicuti notavit Coninch. disp. 31. dub. 3. concl. 3. & disp. 26. n. 21. Nam lex naturalis in tantum obligat abstinere à prædicto coniugio, quatenus in eo prædictum periculum imminet (ut omnes fatentur) ergo cessante prædicto periculo cessat obligatio abstinendi. Deinde spectato iure Ecclesiastico, si in aliqua provincia, vel regio hoc periculum creditur ut in plurimum cessare, cessat illius obligatio. Quâ ratione asserunt Azor. t. instit. moral. lib. 2. c. 11. q. 5. Sanchez. lib. 7. disp. 72. num. 5. Guier. cap. 10. num. 7. Gaspar Hurtado disp. 24. difficult. 2. in fine. in Germania, Polonia, Gallia, aliisque provinciis, quibus Catholici cum Hæreticis permixti habitant licita esse coniugia, quia periculum perversionis, & iniquæ educationis proliis, minusque pacificæ cohabitationis plerumque cessat. Sed ut recte aduertit Cornelius in 1. Corinth. 7. circa finem. Coninch. disputat. 31. dub. 3. in fine. Basil. Ponce, in append. matrimonij Catholici cum heretico. c. 2. in fine. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 14. n. 2. cautè in hac parte procedendum est. Nam esto plerumque in illa regione periculum abest, idcirco lex Ecclesiastica non videatur obligare: at sæpe in vno, vel altero casu periculum adest, & tunc lex naturalis obligat à tali coniugio abstinere. Præterea esto periculum abest, adest tamen scandalum in tali contractu, maxime si Hæreticus palam hæresim profiteatur. Quapropter ut illud coniugium liceat, periculum subversionis, & scandali abesse debet. Ex his soluta est prima dubitatio ratio. Ad secundam concedo Hæreticum iniquè Sacramentum matrimonij recipere, nego tamen Catholicum suæ iniquitati cooperari, cum possit Hæreticus Dei gratia adiutus peccatum illud vitare. Ad tertium satis est, quod Hæreticus velit celebrare matrimonium, prout est ab Ecclesia receptum, quamvis ipse ex errore privato contrarium Ecclesiæ censet.

Ex his manifestè constat quoties periculum perversionis in aliqua provincia communiter cessat, neque cenitur adesse in matrimonio, de quo celebrando tractatur, poterit quis absque vlla dispensatione licite illud matrimonium inire, quia obligatio legis Ecclesiasticæ, tum naturalis prohibentis matrimonium Catholicum cum Hæretico eo casu cessat. At si in aliqua provincia, ubi Catholici non permittuntur secure suam Religionem profiteri, concedatur aliquibus hæc securitas, restatque proliis educatio, existimo esse privatâ auctoritate matrimonium contrahere non possint, bene tamen accedente Pontificis dispensatione, siquidem solum ex obligatione legis Ecclesiasticæ abstinere ab eo coniugio tenebantur. Quando autem cessantur Catholici hæc securitatem habere prudentis arbitrio relinquunt spectati circumstantiis. Equidem si inter magnos Principes si fidem dent iuramento firmatam sufficiens securitas reputanda est, maxime si da nisi fidem interfit illius iniuriabilis observatio, ut bene notavit Basil. Ponce, in d. append. cap. 5. n. 4. & seqq.

Quinimo verum existimo cum eodem Basilio cap. 6. & 7. posse Catholicum cum Hæretico matrimonium contrahere

cum periculo subversionis, animo tamen firmo prædictæ subversioni non assentiens, si ex subeundo eo periculo magis fructus sperentur, ut si speretur multorum Catholicorum conversio, eorum tranquillitas status, & Ecclesiæ Catholicæ non leue augmentum, Pontificumque debere in sua lege Ecclesiasticæ dispensare, quia periculum peccandi subire non est intrinsecè malum, quin ex rationabili causa necessarii possit, ut multis exemplis comprobatur tract. de charit. disp. ult. de scandalo. Et tract. de peccatis disp. 2. pag. 9. s. 3. Et colligitur manifestè ex illo Iudith 9. quæ ob populi liberationem periculo non levi amittendæ castitatis se exposuit, & ex illo Esther 2. quæ nubens Astuero absque suæ Religionis manifestatione periculum subit delerendi Religionem, vel saltem præcepta Divina de ciborum abstinentia transgrediendi, prout hæc omnia ponderat Serarius in prædicta loca.

In contrahendo hoc coniugio servandi necessariò sunt ritus, & forma ab Ecclesia Romana præscripti, & nullatenus permittendi qui iniquè sectæ, & erroris professio fuerint. Illis autem servatis optimè potest Parochus huic matrimonio assistere, & Hæreticus licentiam concedere, quia assistit cuidam contractui de se licito, Sacramentique celebrationi, quæ rectè peragi poterat. Quod verò ab Hæretico iniquè recipiatur, & ministretur nec Parochus, nec Episcopo tribuendum est, ut latius profertur Basil. Ponce, d. append. cap. 9.

PUNCTUM XII.

De impedimento criminis.

- 1 Duplex est crimen inhabiles reddens ad matrimonium.
- 2 Explicatur utrumque crimen.
- 3 Examinatur, an occiso coniuge absque adulterio præstet impedimentum?
- 4 Requiritur ad hoc impedimentum, ut occiso physicè facta sit, vel saltem eius consilio, & mandato.
- 5 Secundo requiritur, ut occiso fiat intentio inveniendi matrimonium cum coniuge supervivente.
- 6 Tertio sufficit sine occiso sit uxoris, siue viri.
- 7 Si utriusque matrimonium contracturi infideles sint, cum adulterium committunt, vel occasionem præstant, verius est impedimentum non esse.
- 8 Ut adulterium impedimentum præstet requiritur matrimonium utriusque contracturo esse notum.
- 9 Item est necessarium, ut adulterium copula inter vna femineum copuletur.
- 10 Quale debeat esse hoc matrimonium contractum, ex quo hoc impedimentum oriatur.
- 11 Qualis promissio de matrimonio contrahendo. Et primò debet esse externa, & acceptata.
- 12 Aliquibus placet fictam non sufficere. Sed verius est oppositum.
- 13 Non opus est esse promissionem mutuam, etsi aliqui contrarium asserunt.
- 14 Debet esse promissio pura non conditionalis.
- 15 Promissio matrimonij post mortem coniugis est irrita.
- 16 Prædicto impedimento criminis annectitur raptus, ut iam explicatum est.

Duplex est crimen, in cuius poenam Ecclesia inhabiles reddit reos ad matrimonium contrahendum non absolute, sed cum ea persona, quacum delinquens contrahere intendens delictum commisit, ut rectè aduersus Palacios notavit Sanchez ex communi sententia, lib. 7. disp. 78. numero 21. Guier. cap. 205. num. 25. Coninch. disp. 31. dub. 5. concl. 5. Ratio huius prohibitionis est, ne spe coniugij futuri coniugi innocenti mors immineat.

Primum crimen est adulterium simul cum occisione coniugis proprii, vel alieni. Cap. 1. cap. significasti. Cap. super hoc de eo qui duxit in matrimonium. Cap. de conversione infidelium. cap. si quis vivente 31. q. 1. Secundum est adulterium cum promissione factâ de matrimonio post obitum coniugis contrahendo, ut constat ex capite 1. Cap. veniens. Et præcipue ex capite fin. De eo qui duxit in matrimonium. Et capite relatum. 31. questio 1. Non sufficit adulterium, ut impedimentum matrimonij contrahatur, sed opus est adulterio occisionem coniugis, vel futuri coniugij promissionem adiungi, ut notatur expressè in cap. significasti, de eo qui duxit uxorem, &c. Ex lege regia. fin. tit. 2. part. 4. iuxta quam doctrinam intelligendi sunt Textus in cap. 1. & illud verò 30. questio 1. generaliter asserentes nemini licere ducere eam, quam per adulterium polluit, hoc est si simul cum adulterio mortem viri machinatus est, vel coniugium promisit. Et cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium, ubi inquit Textus, nullus copulet matrimonio, quam prius polluerat adulterio, illam maxime, cui fidem dederat uxore sua vivente, aut que machinata est in mortem uxoris. Verbum illud maxime intelligendum est demonstrativè, id est inquam, vel simili quæ prius dicta determinat, ut bene notavit Coninch. disp. 31. dub. 5. concl. 5. num. 64. Guier. cap. 105. num. 2. Et tract. 2. d. 4. d. 5.

dit Abbas d. cap. 1. num. 3. Alexand. de Neuo numero 6. Præposit. numero 2. Neque item sufficit promissio de matrimonio contrahendo, sed necessarium debet adulterium adiungi, ut constat ex cap. relatum. 3. 1. quest. 1. cap. 1. Cap. veniens. Et cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium, &c. Et tradunt omnes Doctores.

3 Dubium autem est, An occisus coniugis proprii, vel alieni absque adulterio præstet impedimentum occisioni, ne matrimonium cum coniuge superstitite contrahatur? Qua in re Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 9. refert plures affirmantes adulterium necessarium requiri alios negantes. Sed ipse distinctione utitur. Si enim (inquit) verique machinatus est mortem coniugis inhabiles sunt ad contrahendum inter se, tamen si adulterium ab ipsis commissum non sit: at si vnus ex illis tantum mortem machinatus est, adulterium adesse debet, ut impedimentum contrahatur. Prior pars videtur manifestè probari ex c. laudabilem. De conuersione infidelium, vbi nullà mentione factà adulterij Saracenos, qui ex mandato & consilio vxorum viros peremerunt matrimonij cum illis vxoribus interdictur. Secunda pars scilicet requirit adulterium, quando vnus tantum mortem machinatus est, colligitur ex cap. si quis viuente. 30. 7. 1. c. 1. Cap. super hoc. Cap. significasti, de eo qui duxit in matrimonium, & alijs, vbi semper cum machinatione mortis adulterium coniungitur. Atque ita docent Ioann. Andreas in cap. super hoc, de eo qui duxit in matrimonium. Et cap. 1. num. 2. de conuersione infidelium. Et ibi Abbas num. 8. Nauarr. cap. 2. n. 46. Gregor. Lopez leg. fin. tit. 2. part. 4. verbo qualquiera. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 2. 2. vers. crimen homicidij. Valen. 4. 2. disp. 10. 4. 5. punct. 3. de impedimento criminis. Tolet. lib. 7. cap. 6. num. 3. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 78. n. 9. Gutierr. cap. 105. num. 12. Coninch. disput. 3. 1. num. 52. Basilius Ponce, lib. 7. cap. 45. num. 4. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 1. n. 3. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 2. & alij.

4 Vt verò hæc crimina occisionis, & adulterij impedimentum pariatur alicuæ conditione requiruntur. Primò requiritur, ut occisio Physicè ab adultero facta sit, vel saltem eius consilio, & mandato, ut colligitur ex cap. si quis viuente. 31. 9. 1. Et cap. 1. de conuersione infidelium. Neque sufficit mortem esse attentatam, vel consilium, aut mandatum dedisse, si illius non fuit causa, ut pluribus comprobant Sanch. lib. 7. disp. 78. n. 5. Gutierr. cap. 105. n. 7. Paulus Layman, dicto cap. 10. n. 1. Quinimò secundum probabiliorem sententiam, quam defendit Glossa in dicto cap. si quis viuente, verbo occidisse. Et cap. 1. de eo qui duxit, in fine. Et ibi Abbas, n. vlt. Henric. lib. 12. cap. 14. n. 2. Sanch. dicta disp. 78. num. 6. Gutierr. cap. 105. num. 8. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 50. Layman. d. cap. 10. num. 1. & alij. Non sufficit ratam habere prædictam occisionem, quia ratihabitio non est causa occisionis, sed iussit occisionem factam. Neque obstat ratihabitioem mandato comparari. Reg. ratihabitioem. De Regulis iuris in 6. quia id intelligitur de his quæ solùm à voluntate ratum habentis pendunt, vel in iis quæ iure disponente pro mandato reputantur, quod tamen in præsentem non contingit.

5 Secundò requiritur, ut occisio fiat intentione incundi matrimonium cum coniuge superstitite. Nam hoc impedimentum statuitur, ne cupiditate alieni matrimonij coniuges occidantur, qui finis locum non habet in iis, qui vt liberius libidini vacent, vel ob vitandam accusationem, vel ob aliam causam coniugem occidunt; vt tradit D. Thom. in 4. d. 37. q. 2. art. 2. Paludan. ibi. Henric. lib. 12. cap. 14. n. 2. Valen. 4. 4. disp. 10. 9. 5. punct. 3. Sanch. pluribus relatis, lib. 7. disput. 78. num. 13. Gutierr. cap. 105. num. 16. Coninch. disputat. 3. 1. dub. 5. num. 51. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 2. vers. tertio. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 45. num. 5. Gaspar Hurtado disp. 21. Intentio verò incundi matrimonium debet esse cum persona determinata; aliàs si coniugem occidas animo incundi matrimonium absque determinatione personæ impedimentum non contrahis, eo quòd non censetur vera contrahendi matrimonium intentio, cum matrimonium esse non possit cum incerta, vt notauit Marlenzo lib. 5. recopil. tit. 1. Rub. gloss. 1. n. 180. Sanch. lib. 7. disp. 78. num. 18. Gutierr. cap. 105. num. 22. Egid. Coninch. d. disp. 3. 1. dub. 5. num. 55. Layman. dicto cap. 10. num. 2. Si tamen occidas animo incundi matrimonium cum vna ex filiabus Petri. Placet Veneruz in suo speculo coniug. 1. part. 34. in fine. Sanch. & Gutierr. supra, te impedimentum esse à contrahendo cum qualibet illarum, quia omnes nuncupatum, & expressè intentæ fuerunt. Quod difficultate non caret. Nam esto intentæ omnes sint; sunt tamen intentæ sub indifferentia, & indeterminatione, quæcum matrimonium consistere nequit. Insuper requirunt Basil. lib. 7. cap. 45. num. 4. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 1. num. 3. intentionem hanc exterius indicari, quia aliàs ab Ecclesia quæ de occultis non iudicat puniri non poterit. Sed rectius alij Doctores huius limitationis non meminerunt, quia Ecclesia nōn puniit intentionem præcisè, sed occisionem externam eà intentione factam, cum puniat lege ipsa, & non per sententiam opus non est de intentione constare. Argum. desumpto ex Clement. 1. §. verum de hereticis, vbi Inquisitores decommunicantur qui

odio, vel amore ducti iniustitiam reis faciunt, illud certum in foro externo eam intentionem semper adfuisse præsumitur, quoties occiso coniuge intendit adulterium matrimonium cum superstitite inire, vt aduertit Sotus in 4. d. 37. q. vlt. art. 4. c. 1. Sanch. alij relatis, d. disputat. 78. num. 19. Gutierr. c. 105. num. 23.

Tertiò alij è quorum numero est Victoria in summa de matrim. n. 292. Ledesma. 2. p. 4. q. 61. art. 2. post 3. proposit. Cenedo in sum. Sacram. vbi de matr. c. 5. ad finem, in comment. num. 38. Et probabile reputat Henric. lib. 12. c. 14. n. 2. in com. lit. 7. requiritur occisionem debere esse vxoris, non viri Textus in c. 1. c. super hoc. c. significasti, de eo qui duxit in matrimonium, de sola vxoris occisione loquuntur, qui ad viri interfecionem, vt pote minus frequentem non debent extendi. Sed hæc sententia sustinenda non est, nam esto relati Textus solùm loquantur de vxoricidio, at Textus in c. si quis viuente 1. 9. 1. Et c. 1. de conuersione infidelium, expressè de viucidio loquuntur. Præterquam quòd eadem est ratio, & dispositum in vno correlatio in alio ceteri debet dispositum. Atque ita docent Glossa in c. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 1. Gloss. 1. Rubric. n. 197. Sanch. innumeros referens d. disp. 78. n. 8. Gutierr. c. 105. n. 10. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. concl. 3. n. 55. Basil. Ponce lib. 7. cap. 45. n. 1. Layman. dicto c. 10. num. 2. Quod verum habet, tamen occidens infidelis sit, modo adulter fidelis existat, nam licet Ecclesia infidelium delicta punire nequeat, potest tamen fideles punire delicto cooperari sint, eos ad matrimonium inhabilitando. Censetur autem delicto cooperari, si ex eorum consilio mors coniugis euenierit, tum si adulterium commiserit: vt tradit Sanch. lib. 7. disp. 78. n. 3. Gutierr. c. 105. n. 6. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. concl. 3. Tolet. lib. 6. sum. c. 6. n. 2. Philiac. de officio Sacerdotis. 1. 2. p. lib. 2. c. 5. impedim. 4.

Verum si verique matrimonium contracturi infideles sint, cum adulterium committunt, vel occisionem præstant, vel promissionem faciunt futuri coniugij, verius videtur impedimentum non contracturos postmodum ad fidem conuersos, eo quòd delictum ab eorum causam est appositum impedimentum non fuerit in Ecclesia consummatum, hoc est perfectum, & integrè paratum à fidei Ecclesiæ subiecto, vt notauit Sanch. disp. 79. num. 43. Layman lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 6.

Quoad adulterium attinet, quod simul cum occisione, vel coniugij promissione coniunctum esse debet: requiritur, vt utriusque contractus matrimonium notum sit, aliàs non erit perfectè adulterium præbens occasionem captandæ mortis coniugij, vt colligitur ex cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium. Quare si vir coniugatus cum femina ignara coniugij copuleatur, & animo inuendi cum ea matrimonium suam vxorem interficiat, non erit à coniugio impeditus, quia ex parte femina non fuit adulterium formaliter. Quod verum credo esse femina coniugata esset, quia adulterium, quia ipsa committit non potuit esse occasio captandæ mortis coniugij à se ignoratæ, vt notauit Sanch. dicta disp. 78. num. 12. Gutierr. d. cap. 105. num. 14. c. 1. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 51. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 2. Excusat ab hoc impedimento quælibet ignorantia etiam crassa, & supina secundum Sanch. disp. 79. num. 38. Rebelhum lib. 3. q. 8. eo quòd hæc ignorantia non sit iuris, sed facti. In facto autem excusat quælibet ignorantia iuxta reg. ignorantia de Regul. iuris in 6. Præterquam quòd hoc impedimentum non erit ex adulterio, ad quod omnes fatentur dolum esse necessarium requisitum. Ex leg. penult. ff. ad leg. Iulianam de adulter. At dolus consistere non potest cum ignorantia. Sed rectius Nauarrus cap. 12. num. 46. Valen. 4. 4. disp. 10. 9. 5. punct. 3. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 61. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 2. num. 78. alij plures relati à Sanch. supra, censent solam ignorantiam, quæ ab adulterij culpa excusat excusare ab hoc impedimento. Cum autem solpa ignorantia probabilis non crassa, & supina à culpa adulterij excuset, sola prædicta ignorantia ab hoc impedimento excusare potest. Neque obstat quòd adulterium non reputetur factum quælibet ignorantia ad incurrendas penas latas in lege Iulianæ de adulterio, quia illæ pænæ, vt pote grauissimæ merito exigunt adulterium dolo commissum. At hoc impedimentum non tantum in pœnam adulterij, quàm pro remouenda occasione infidendi vitæ coniugij statutum esse, sufficit ergo adulterium esse culpabile. Secundò est necessarium, vt adulterium copula intra vas fornicium consummatur, aliàs non erit perfectè adulterium impedimentum præstans, vt dicitur in c. 1. c. Cardialis, Abbas, & alij in dicto cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 1. Gutierr. d. cap. 105. num. 28. Deinde necessarium est, vt matrimonium verum sit, aliàs te ipsa adulterium non erit, vt docent prædicti Doctores Sanch. numero 20. Gutierr. num. 24. Tandem requiritur vt adulterium simul cum prom. finem futuri coniugij, vel coniugis occisione durante eodem matrimonio contingat; nam si aliquod ex his dissoluto coniugio eueniat impedimentum non præstat, sicuti notauit Syluest. verbo Matrimonium. 8. q. 9. dicto. 5. Sotus in 4. d. 37. q. vlt. art. 4.

Art. 4. Sanch. disp. 79. num. 5. Coninch. dub. 5. num. 60. Layman. d. cap. 10. num. 5.

9 Cum autem adulterium ut impedimentum sit matrimonij contrahendi requiritur necessario coniugij occisioni coniugij. vel matrimonio inter ipsos adulteros contracto. vel fidei datae de matrimonio post mortem in eundo. Superest explicandum qualiter hoc matrimonium contrahi. qualiterque fides dari debeat. ut locus sit praedicto impedimento. Aliqui e quorum numero est Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 2. num. 8. censent insufficientes esse clandestinum matrimonium. eo quod haec sit poena quae restringenda est. & non amplianda. videturque apposta pro matrimonio. quod alia validum foret. nisi coniux viveret. quodque solum praestat occasionem captandae mortis coniugij. Sed rectius Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 8. Coninch. disp. 31. dub. 5. num. 65. in fine. censent sufficere quodlibet matrimonium attentatum. etiam si clandestinum sit: nam Textus hoc impedimentum indidentes solum ponderant matrimonij attentationem. cum sciant necessarium iri- tum esse debere. eo quod vivente coniuge contrahatur. Alias si matrimonium attentaretur contrahi cum confanguinea insufficientes esse. quod non est dicendum. cum hic contractus esse sponsalia non constituit. praebet tamen sufficientem an- sam captandi coniugij mortem.

10 Promissio vero de matrimonio contrahendo debet esse externa. & acceptata. alia non est vera promissio. nec de se nata obligationem parere. ut fatetur ferè omnes Doctores. Aliqui scilicet Coninch. disp. 31. dub. 5. num. 58. Basili. Ponce. lib. 7. cap. 4. §. num. 2. Rebell. lib. 3. q. 8. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 2. num. 9. censent taciturnitatem esse sufficientem si- gnificum consensus. eo quod ut qui d favorabile promittitur. In his autem quae ut favorabilia offeruntur consensus praesumitur ex sola taciturnitate. Sed rectius Sanch. disp. 79. num. 25. Gutier. dicto cap. 10. §. num. 28. censent insufficientem esse taciturnitatem. Nam esto matrimonium ut quid favorabile offeratur de facto. ut offeratur favorabile non est. Tum quia acceptans inhabilis redditur ad illud matrimonium contrahendum & poenis Ecclesiasticis subicitur. Tum quia in probabili sententia obligatur ad repromittendum. quod onerosum est. Ad cum promissio non est gratuita. sed onerosa. onusque continet. non censetur acceptari ex sola taciturnitate. ut tradunt Doctores in regula. Qui tacet. de R. g. l. vis. in 6. Et leg. quae datus. soluto matrim. Neque oblat quod promissarius ignoravit. quod ex acceptatione promissionis subit. quia ex ignorantia vitiose iuris non praesumitur. & cum taciturnitas sola iuris praesumptione consensus inferat. nullatenus in praesenti inferre potest.

11 Secundò requiruntur plures. ut promissio vera sit scilicet ex animo se obligandi. implendique promissum. quia alia non est vera promissio. sed promissionis fictio. Et cum hoc impedimentum adversus promittentes feratur. necessarii debent vere promittentes esse. quia verba maxime in poenalis proprie intelligenda sunt. Et explicari potest exemplo legis inducentis irregularitatem rebaptizantibus. & excommunicationem haereticis proferentibus. qui sic rebaptizent. vel haereticis proferant. & non ex animo nulla ex praedictis poenis ligantur. Acque ita docent Henric. lib. 12. cap. 14. num. 3. Saa. verbo Matrimonium. ubi de impedimentis num. 7. Man. 1. tit. sum. cap. 2. §. num. 7. Gaspar Hurtado. disp. 23. difficult. 2. num. 5. Et probable reputat Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 4. Sed probabilis est promissionem fidam sufficere ad praedictum impedimentum inducendum. modo fictio exte- rius non appareat. sicuti docuit Sanch. dicta disp. 79. num. 10. Gutier. dicto cap. 10. §. num. 28. Coninch. dub. 5. num. 57. Quia ex promissione serio facta & cuius fictio non cognoscitur neque ansa occidendi coniugem nascitur. ac ex vera promissione. Ius autem hoc impedimentum constituit ad dictam occa- sionem tollendam. Ergo promissioni apparenter verae hoc impedimentum tamen censeri debet appositum.

12 Tertio aliquibus placet. neque improbabiler promissio- nem debere esse mutuan. ut impedimentum praestet. Nam alia non est promissio de se sufficiens ad sponsalia consti- tuenda. Iura autem exigentia ad hoc impedimentum matri- monium de praesenti. vel fidem datam de coniugio futuro indicant necessarium esse. ut illud matrimonium celebretur. qualiter alia esset celebrandum. & ea fides detur. quae ad sponsalia constituenda sufficit. Sic indicat Gloss. in cap. signi- ficasti. De eo qui duxit. c. 7. Et tradit Bellarm. lib. 1. de matr. cap. 22. c. 1. §. secundo. Henric. lib. 12. cap. 14. num. 3. Volgin. de Sa- cram. tract. de matr. cap. 19. num. 8. & inclinat Layman. d. cap. 10. num. 4. vers. quinta conditio. Sed contrarium probabilis censuit Sotus in 4. disp. 37. q. unica art. 4. §. secundus casus. Angles in 4. sentent. part. 1. ubi de matr. impedim. quest. de divorcio et adulterium. art. 1. Sanch. lib. 7. disp. 79. num. 20. Rebell. lib. 3. q. 8. Basilius Ponce. lib. 7. cap. 4. §. num. 2. Gaspar Hurtado. disp. 23. difficult. 2. num. 9. & alij communiter. Colligiturque ex cap. significasti. de eo qui duxit in matrimonium. ubi maritus impeditur a matrimonio contrahendo. eo quod vivente vxore fidem puel lae dederit de matrimonio contrahendo. Neque

ibi indicatur puella vicissim suam de fide fidem Adde in om- nibus hoc impedimentum statuentibus solum requisitum est adulterium cum promissione coniugij. Ego si haec promissio coniugij esse possit. quin mutua sit. ut probabilis defenden- dus. disp. 1. huius tractatus. interueniente adulterio impedi- mentum praestabit.

Quarto placet Nauarr. lib. 4. consil. cons. 2. de eo qui duxit. 13 Rodig. cap. 129. conclus. 5. Sanch. lib. 7. disp. 79. num. 11. prom- issionem conditionatam sufficere ad hoc impedimentum inducendum. eo quod promissio conditionata vera promissio sit. obligans promittentem conditionis euentum expectare. ideoque ansam praebet mortis coniugi captandae. quae est ratio statuendi hoc impedimentum. Sed rectius procedunt Coninch. disp. 31. dub. 5. num. 59. Gaspar Hurtado. disp. 23. diffi- cult. 2. num. 10. quibus adhaeret Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 2. cap. 10. vers. sexta conditio. asserentes promissionem de- bere esse putam. & aut saltem ante mortem coniugis purissi- cam. quia esto promissio conditionata obliget expectare conditionis euentum. at pendente conditione nullatenus de- bet censeri simpliciter. & absolute promissio. Cum autem hoc impedimentum promissioni coniugis anexam sit. de promissio- ne vera. & propria. & quae alia coniugij obligationem induceret. intelligi debet. Quippe verba legis maxime in pe- nalibus non extendenda. sed potius restringenda sunt. & haec ratio probat. esto ex praedicta promissione daturus antea occidendi coniugem. quia ob similitudinem rationis non de- bet fieri in poenalis extensio. Praeterea quod ex promissio- ne conditionata ante mortem coniugis non aequè datur occasio occidendi coniugem. sicuti ex promissione absoluta. siquidem ex praedicta promissione concipiuntur spes certa con- iugij. sed sub dubio. & sub conditionis euentu.

Ad extremum observandum est promittentem alteri con- iugium post mortem suae coniugis graviter peccaturum. ut de- ciditur in cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Quinimo probabilis est eam promissionem irritam esse non solum quando impedimentum praestat matrimonij contrahendi. quod certissimum est. sed etiam quando ex ea promissione impedimentum non oritur. eo quod non sit occisioni. vel adul- terio coniuncta. quia haec promissio à iure reprobat. ut potè quae ansam praebet insidiandi vitae coniugis. Argum. cap. 2. de concess. praebende. ubi ob hanc causam redditur irrita promissio beneficii vacatori. Et tradunt in praesenti Abbas in cap. fin. num. 2. de eo qui duxit. Et ibi Alexand. de Nevo num. 4. An- charran. cap. super hoc. num. 2. eodem tit. Lancelot. institut. iuris Canon. lib. 2. titul. de divorciis. §. cum ea autem verbo dederint. Sanch. lib. 7. disp. 79. num. 40. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. in fine.

15 Haec impedimento criminis annecti potest impedi- tum raptus. quod nouo iure Conc. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. statutum est inter raptorem. & raptam. quando ipsa in potestate raptoris manserit. de quorum intellectu satis diximus hac disp. p. 1. §. 2. a. n. 20.

PUNCTUM XIII. De impedimento Ligaminis.

Impedimentum ligaminis appellatur ipsum matrimonium rectè contractum. quo ligatur coniux. ne possit eo duran- te aliud matrimonium inire. Hoc impedimentum non solum iure Ecclesiastico. sed etiam naturali. & Divino statutum est. ut latius diximus. disp. 1. ubi de vitate. & indissolubilitate matrimonij. At eo matrimonio dissoluto per mortem cessat impedimentum matrimonij contrahendi.

§. I.

Qualiter constare debeat de coniugis obitu. ut possit superstes aliud matrimo- nium inire?

- 1 Debet esse certus de coniugis morte.
2 Aliqui diversam certitudinem requirunt. si auctoritate pa- bilis. & non privata matrimonium contrahendum sit.
3 Verius est eandem certitudinem requiri siue propria. siue iu- dicis auctoritate contrahatur.
4 Prudentis arbitrio remittitur certitudo moralis ad contra- hendum matrimonium requisita.
5 Vni testimonium sufficere plures affirmant.
6 Alij oppositum censent.
7 Conciliantur supra dictae sententiae.
8 Qualiter fama de morte coniugis certitudinem moralem praestet?

VT possit coniux secundum matrimonium inire. certus esse debet de morte prioris coniugis. eo quod novi ma- trimonij